

et aliorum, quos in terra ipsa merces emere vel vendere aut victualia
 seu oleum caseum carnes salitas de portu ipso extrahere contigerit,
 quid et quantum fuerit et pro quocumque iure curie persolutum,
 ac merces victualia et quantitatem eorundem, que vendite et empte
 seu extracte fuerint in domis vel de portibus et fundicis supradictis,
 nec non diem receptionis pecunie iurium predictorum, ^{tr} exactionem
 etiam victualium ^{nam} ^{i. 3/3} oleum ^{nam} carniuum salitarum et casei et expeditionem
 mercium quarumlibet aliorum, unum penes se retinendum alium per
 ipsum sub sigillo suo camere nostre et magistris rationalibus no-
 stre curie assignandum. [Volumus insuper et mandamus, ^{6, 4} ~~propterea~~, ut
 officiales predicti nichil agant vel expediant in recipiendis iuribus
 ipsis ac in expediendis mercatoribus et aliis quibuscumque vel de
 extractione victualium carniuum salitarum casei olei sine credencia-
 riarum notariorum conscientia eorundem. Qui etiam notarii nullate-
 nus patiantur per officiales predictos pacta fieri aliqua in diminutio-
 ne iurium predictorum aut plus recipi in preiudicium aliquorum,
 sed scribant eisdem camere et magistris rationalibus fideliter, si
 secus per eosdem officiales paciscendum aut minus aut plus reci-
 piendum fuerit ab aliquibus acceptatum. [Volentes igitur predictum
 statutum nostrum inviolabiliter observari, te notarium credenciarum
 super predictis iuribus in Piscaria ducimus statuendum, fidelitati
 tue mandantes ~~quatinus~~ ^{e, 5} sub pena personarum ^{e, 5} et rerum tuarum omnium
 alte et basso pro nostro arbitrio infringendo, quatinus nichil de pre-
 dictis iuribus vel ^{plus exigi} ~~exigi~~ vel minus a predictis officialibus, sive cabel-
 lokis sive credenciaris ~~querint~~ ^{patiantur}, sed dirictum nostrum debitum
 et solutum per eosdem officiales integre recipi facias et haberi, quod
 si secus facere voluerint, impediās et inhibeas, quantum poteris. Si vero
 inhibitione tue parere noluerint, facto instrumento publico de inhibi-

3^a) oleum4^a) ~~hinc~~ in Reg.
præsum

3^a) persona6^a) ~~fecit~~ Reg.